

PROGYMNASMATA GRAECA

nicae literaturae ab Ottomaro Luscinio
pro studiosis iam pridē cōcinnata, In
quibus sequentia insunt,

Quae ad elementorum Nomen pertinent
Figuram & potestatem.

Quae ad literarum diuisionem.

Quae ad literarū flexus siue abbreviationē

Quae ad pronunciationem.

Quae ad Accentum.

Quae ad facilem nominū inflexionem per
casus & comparisonem, & ibi
de Heteroclitis.

Quae ad temporum in uerbo cognationē
& confinitatem quam ex uoce depre-
hendas licebit, qua uia nō est alia
facilior ad percipiendā cōiugationē
De alijs orationis partibus.

Hieronymi Gebuileri
Tetrastichon

Attica percupiēns elemēta puer didicisse
Huc eat optatum mox habiturus iter
Cecropiē quicquid docuerūt artis athene
Grāmatices, modico tramite adire pōt

Hieronymo Gebuilero Iudæi maioris edis Argētorati magistro
uīro optimo atq; doctissimo, Ottomarus Luscinus S. D.

ROgatus iam pridem a te cui nihil admodum est quod ne-
gare ausim uir doctissime, ut regulas quas magis frugi-
feras arbitrarer græcarum literarum penetralia inuisere
gestientibus, quum ex alijs grāmaticis eius linguæ, tum
uero potissimum ex Manuele Chrysolora quæ hybernis huius mensi-
bus tuo ductu atq; auspicio hic Argētorati græcitatē studiosis ple-
gimus, latinas facerē, Id quod & Ioānes Guida, Baltasar Bisnerus
Stephan⁹ vVidersdorf, & Stephanus Dielerus uiri plurifariā eru-
ditissimi simul tecum poscere uidebant, quibus sane ob incredibilē in me
beniuolentiā, nihil est quod iure optimo uidear non debere, Itaq;
ne parum officiosus haberer, neq; obmittēdum quidē mihi quip-
piam duxi quod ex re tua atq; illorum aliquādo futurū cognosce-
rem, Huc accedit q; me uehementer gratificaturum confidebam
hoc labore tuæ iuuentuti quæ in latinis probe sub te nunc pœni-
tendo præceptore edocta, mirum q; auide græcas me pocillatore
hauserit, Paucos ex hoc albo cōmemorare lubet quo reliqui ardē-
tius ad paria studia uelis (ut aiunt) remisq; contendant, Gregorius
Viggrammius in primis bonæ spei adulescens, Ioannes ex familia
equitum de Andelou, Erasmus Egkircius, Martinus Ergerthei-
mius, Philippus Valerianus, Georgius Anellus, Ioānes Chelius
& alij quos longum esset recensere, Insignis sane huius urbis flos
ac talis quem forsā maior fructus maneat quam ulla spes queat
polliceri, Quid em̄ defuerit obsecro in literis uersanti, qui utriusq;
linguæ a puero uim quandā ac maiestatem fideliter imbiberit? Nā la-
tinas lras haud quāq; cōstare sine græcis & Cicero ipse author est
& Fabius, Deniq; uix unū offendas aut alterū qui neglectis græcis
gloriā sit in latinis plus q; mediocrē forte assequutus, quum prestan-
tissimos quosq; proferre in promptu sit, q; græca latinis sumo stu-
dio cōiūxerunt, Ceterū uel hoc tibi plurimū debet tua hæc pubes
q; nemo hactenus te uno syncerius latinas literas tadiderit, Atq;
nos id agemus pro uirili ne nobis omnino nihil pro hoc labore nro
debere uideāt quæ fecimus in græcis, Oīa hic uelut ip̄ trāsennā pri-
mo spectāda obtulim⁹, q; deinceps longe lateq; explicata inuenias
Verū nil aliud poscim⁹ q; amorē mutuū, & plane talē qualis fuit il-
le q; nos ad hæc obeunda munia adegit, Tu Vale atq; oīa q; in rē
tuā sunt tibi de Ottomaro tuo constanter pollicere.

LITERAE SVNT VIGINTI QVATVOR

NOMEN	FIGVRA	POTESTAS
Ἀλφα	A α α'	a
Βῆτα	B β β'	b
Γάμμα	Γ γ γ'	g
Δέλτα	Δ δ δ'	d
Εῖλος	E ε	e
Ζῆτα	Z ζ ζ'	z
Ἡτα	H η η'	i Sed latini uertūt in e
Θῆτα	Θ θ	th (longū)
Ἰῶτα	I ι	i sed nusq; amittit uim
Κάππα	K κ	c (uocalis)
Λάμβδα	Λ λ	l
Μῦ	M μ	m
Νῦ	N ν ν'	n
Ξῖ	Ξ ξ	x
Ομικρόν	O ο	o breue
Πῖ	Π π π'	p
Ρῶ	P ρ	r
Σίγμα	Σ σ σ'	s
Ταῦ	Τ τ τ'	t
Υῖλος	Υ υ	y
Φῖ	Φ φ	ph
Χῖ	Χ χ	ch
Ψῖ	Ψ ψ	ps
Ωμέγα	Ω ω	o longum

DIPHTONGI PROPRIE SVNT SEX

αι	ae	nō facit as sed au cū u cōsonante
αυ		pinde ac si in dictiōe aue au face-
ει		(ret syllabam)
ευ		nō effed eu cū u cōsonante
οι	i	
ου	u	

DIPHTHONGI Improprie sunt sex

e		a
h		i
o		o
u	facit	i
hu		iu cum u consonante
ou		ou cum u consonante

Duo puncta ad caput diphtongi posita dirimunt eam, adeo ut quę libet uocalis faciat syllabam ut æi aī, non e ēi ei, non i

VOCALIS sunt septem α ε η ι ο υ ω

Longe duæ

Breues duæ

Ancipites tres

Præpositiua in diphthon
gis quinque

Subiunctive
duæ

Mutabiles in coniugatio
nibus tres

Immutabiles
quatuor

CONSONANTES sunt Septemdecim

Β γ Δ ζ θ κ λ μ ρ ξ ω ρ σ τ φ χ ψ

Semiuocales
ocho

Mutæ
nouem.

Duplices
tres

Immutabiles in
cōiugatiōibus
quatuor

Tenues tres

Medie tres

Aspirate tres

¶ monadicon dicitur siue asemion idest sui cuiusdam iuris, & quia
si nulla admodum nota insignis

QVAE AD LITERARVM nexus siue abbreviationē

Facit

Facit

supra literas posita facit. 03

QVAE AD PRONVNCIATIONEM

ß per u consonantem ferme profertur ut *basiss* uado, Quam
tempore Ciceronis ß & b nostrum pari modo pronunciabantur,
quemadmodum uidere licet apud eundem in quadam epistola ad
Papirium Pætum quæ incipit Amo uerecundiam, ea habetur in
noho libro epistolarum familiarium, Cum loquimur (inquit) ter
ni nihil flagitij dicimus, at cum bini obscœnum est, grecis quidem
nam *βινε* tertia persona a uerbo *βινεω*, significat id quod nos ue
recundius dicimus, liberis procreandis dat operam, seu rem ha
bet cum foemina, uerum hodie hæc duo distinguit pronuntiatio,
ut bini dicas latine, non sic *βινε* bini græce, sed ferme uini, Ex hijs
conijcere licet q̃ foedum sit inter f & u consonantem nullam obser
uare in pronunciando differentiam, ut nequeas lenius primam di
cere nominis ueritas q̃ feritas, sed quid hæc commemoror? cum
alia infinita sint quæ uiciose proferimus, ueluti pro Christus, quæ
si dicimus Christhtus & alia innumera id genus,

γ ante ἄγγελος angelus
 ξ uim habet γ ut λυγξ lynx
 χ ἐγχιρίδιον enchiridion
 κ ἀνάγκη anangi ubi κ
 (uim habet γ propter præcedens γ
 θ a τ quidem incipit sed in sibilum anserinum ferme expirat
 β
 ρ ante μ in composita dictione in μ mutatur
 π ante λ uero in λ ipsum
 π præcedente μ uim habet b ut πῆμῶ Pembo
 τ præcedente ν uim habet d ut συντήρησις Syndirisis, Sic (inquā)
 græce profertur, non tamen a nostris recte per d scribitur, longius
 enim aberratur ab analogia,

QVAE AD ACCENTVM

Accentus sunt Decem

	Acutus	/	Aspiratus
Toni tres	Gratīs	˘	Spiritus duo
	Circūflexus	~	Tenuis
			Longum —
Tempora duo			Breue ˘

Passiones tres

Inuersio ꝫ hac notatur collisio uocaliũ se consequentium, ut τοῦτ' ἔστιν pro τοῦτό ἔστιν

Subunio ~ hac uniuntur partes dictionum male coherentium,

Subdistinctio ꝫ hac dirimuntur dictiones quæ prauæ se contingunt

Toni fiunt ex α ab acumine in geminas partes conciso, quarum prior seruit acuto, posterior graui, integrũ α ipsum circumflexo, Spiritus ex η fiunt per medium diuiso aut ex ο, literæ autem η prior portio in maiusculis literis aspirationis nota est, posterior at tenuationis, Quemadmodum ο elementi, una & altera pars si in æqualia literam feces, minutularum literarum aspirationis aut at tenuationis prebet inditium, Tempora proueniunt ex θ literę in feriori hemicyclo qui, tempus breue designat sic υ & linea illa quæ in æqualia fere diuidit characterẽ totũ quæ denotat tempus longum, hoc modo —

DE ACCENTVVM LOCIS

Loca accentuum sunt tria, Primus cadit in ultimam syllabam dictionis, unde omnis accentus ratio colligitur, Secundus in penultimam, Tertius in antepenultimam, Grauis in ultima tantum ponitur, Circumflexus in ultima solum & penultima, Acutus autem in extrema penultima & antepenultima, Veluti ex hoc typo licebitprehendere

Acutus	/	ˊ	ˊ
Circumflexus		˘	˘
Grauis			ˋ
	antepenul.	penulti.	ulti.
	3	2	1

Passiones ideo improprie dicuntur accentus, quia a nulla litera rum formantur.

DE NOMINIBVS QVAE DITIONIBVS

adueniunt propter accentum.

Grauis tonus dicitur syllabicus, hic omni syllabæ accidit quæ alium superscriptum nõ habet tonum, Quicquid ergo in penultima uel antepenultima habet tonũ grauissonũ uocatur, Necessario

ultima ex qua omnis tonorum ratio dependet (ut diximus) graui tur, si nec acuitur nec inflectitur, Præter hanc denominationem aliquid etiam ex tono superscripto sibi, locoque ipsius nomen sortitur

tu	ἀγαθός λόγος ᾠμήλιος	dicitur	acutisonum penacutum antepenacutum
	ωοῖω	uocatur	circumflexum
	ποιῶμαι		penanflexum

REGVLAE generales de accentuum ratione

Ante tres syllabas accentus non ponitur, habito respectu ad ultimam quæ hic prima dicitur, ut superius est expressum.
Super breuem syllabam circumflexus non ponitur.
Omnis syneresis ex acuto & graui circumflexum facit
Ante duas syllabas circumflexus non ponitur
Longa ante longam non circumflectitur
Supra positione longa non ponitur circumflexus
Si ultima sit longa antepenultima non acuitur
Omnis lōga natura ante breuem ultimam, in una parte dictionis, & supra se habens tonum circumflectitur

B

QVAE AD DECLINATIONEM NOMINVM

	Ntūs	Gtūs	Dtūs	Actūs	no. actūs	gen. dati.	Ntūs	Gtūs	Dtūs	Actūs
	ἑνικά				δυτικά		πληθυντικά			
	Singularia				Dualia		Pluralia			
	ARTICVLI				PRAEPOSITIVI					
Masculi.	ὁ τῷ τῶ τόν				τῶν τῶν		οἱ τῶν τοῖς τούς			a
Fœmini.	ἡ τῇ τῇ τήν				τά τῶν		αἱ τῶν ταῖς τὰς			b
Neut.	τό τῷ πῶ τό				τά τῶν		τά τῶν τοῖς τὰ			c

DECLINATIONES SVNT DECEM

Quatuor æquisyllabice

1 Aeneas αἰνείας	ας ου α ρ	α αῖρ	αι ωρ αις ας	b
Chryses χρύσιος	ος η			
2 Musa μουσα	α ης η ρ	α αῖρ	αι ωρ αις ας	b
Honor τιμή	η			
3 Menelaus μενέλεως	ως ω φ ν	ω ωρ	ω ωρ φς ως	
Ferax ἑυχεως	ως			
4 Sermo λόγος	ος ου φ ρ	ω οῖρ	οι ωρ οισ ους	a
Lignum ξύλον	ον		α	c

SEX PLVRISYLLABICE

5 Ajax ἄϊας	ος ι α	ε οῖρ	εξ ωρ οἱ ας	
SEX CONTRACTE				
6 Demosthenes δῆμος	ος εἰ εα	εε εοῖρ	εσ εωρ εστ εας	
σθένης	ους ει η	η οῖρ	εισ ὦρ εις	
	ιος η	ιοῖρ	ιες ιωρ ιστ ιας	
7 Serpens ὄφης	ος ι η	ιε εοῖρ	ισ εωρ εστ εας	
	εως εἰ ει	εε εωρ	εες εις	
	ος εα	εε εοῖρ	εεσ εωρ ευστ εας	
8 Rex βασιλεύς	ος εἰ κα	κε κοῖρ	εις κωρ εις	
	ει εἰ ηῖ		κεσ κας	
9 Latona λητώ	οος οἱ οα	ω διρ	οι ωρ οισ ους	
	ους οι ω			
	αῖος αἱ ας	τε αῖρ	αῖα τωρ ας αῖα	
10 Caro κρέας	αος αἱ	αε αοῖρ	αα αωρ αα	
	εως ας	εα εωρ	εα ωρ α	

Quo facilius assequare nominū declinationes, Notabis primas quatuor esse equisyllabicas, sic ab equalitate syllabarum nominatiui & genitiui dictas, ut λόγος λόγου. In quibus uel hoc non nihil facilitatis prebebit, q̄ præter tertiam declinationem reliquæ per omnia articulorum prepositiuorum normam sectantur, quos quidem imprimis ediscendos iudicauero, Confinatam autem articulorum cum declinationibus literis a, b, c, expressimus, Verbi gratia si λόγος uelis declinare, nihil æque facile est, q̄ uoci articuli aptare in singulis casibus nomen, ut ὁ λόγος, τοῦ λόγου τῷ λόγῳ τὸν λόγον & sic deinceps, ἡ τιμή, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τῇ τιμῇ, τῇ τιμῇ. Perinde ac in latinis dicimus hæc musa huius musæ huic musæ, Id tamē præstat in grecis q̄ inter uocē articuli & nominis, plerunque incidit similitudo, quod non fit in latinis, Cæterum extant quædam in declinationibus generaliter obseruata, quæ hic subiicimus,

Omne nomen neutrum habet nominatiuum accusatiuum & uocatiuum undique similes, haud aliter quam apud latinos, ut τὸ ξύλον τὸ ξύλον ὃ ξύλον Attici æquisonantes habent suos cominatiuos & uocatiuos ut ὁ αἰνείας ὃ αἰνείας attice, sed communiter ὃ αἰνεία.

Nunc de singulis quibusque declinationibus speciatim nonnihil dicemus.

DE PRIMA declinatione.

Vocatiuus cōmuniter in hac declinatione a nominatiuo fit abiecto α. Nominatiuus in κσ facit uocatiuum in α si a uerbo deducatur ut ὁ βιβλιοπώλης ὃ βιβλιοπῶλα uel habuerit τ ut ὁ πολίτης ciuis ὃ πολίτα, Aut gentem designet ut πέρσης persa ὃ πέρσα, Notentur quædam a poetis in nominatiuo sub hac uoce uocatiui usurpata ut ὑβραγόρα pro ὑβραγόρας νεφεληγερέτα, nubecoga in nominatiuo pro νεφεληγερέτη.

DE SECVNDA Declinatione.

α, nominatiui seruat in genitiuo & datiuo, quando ipsum α nominatiui ante se nō habet consonantē sed uocalē id quod dicitur.

B ij

Vel

α purum

ut η

μαία mala

ἡμέρα dies

λήδα leda

κισαίβα capella

μαίας

ἡμέρας

λήδας

κισαίβας

τῇ

μαία

ἡμέρα

λήδα

κισαίβα

DE TERTIA DECLINATIONE

Vocatiuus hic similis est nominatiuo.

DE QVARTA Declinatione.

Vocatiuus huius declinationis communiter fit mutato os in a
ut ὁ λόγος ὦ λόγε, Notentur quaedam masculinae aut foeminine in
singulari declinata, & pluraliter neutro genere, Veluti

ὁ	τάρταρος	tartarus	τάρταρα
ὁ	ζυγός	iugum	ζυγά
ἡ	κέλευθος	uia	κέλευθα
ὁ	δίφρος	currus	δίφρα
ὁ	νώτος	humerus	νώτα
ὁ	σταθμός	statera	σταθμά
ὁ	τράχηλος	collum	τράχηλα
ὁ	ῥεῖμα	remus	ῥεῖμά
ὁ	λύχνος	lucerna	λύχνα
ὁ	μοχλός	uedes	μοχλά
ὁ	κύχλος	circulus	κύχλα
ὁ	χαλινός	frenum	χαλινά

DE QVINTA Declinatione

Hæc quinta declinatio plurisyllabica dicitur quia genitiuus su-
perat nominatiuū syllabarum numero, ut αἰας αἰαντός, Porro hæ
quinque declinationes dicuntur simplices quia nullus est in illis con-
tractioni locus de qua deinceps dicemus

Nominatiuus huius declinationis qui grauem habet ultimā in
i uel u s exiens, accusatiuū regulariter facit in α plurisyllabice, uel

contra ritum huius declinationis in o æquisyllabice ut

ὁ	παρίς	paris	παρίδα	παρίς
ἡ	μήνις	ira	μήνιδα	μήνιν
ὁ	ἐπηλύς	aduena	ἐπὶλυδα	ἐπηλύρ

Vocatiuus similis est nominatiuo.

Per υ τ declinata sine diphtongo in penultima, quæ
abijciunt a genitiuo τος

Excipe In immutabilem finita grauissona quæ abijciunt os a
genitiuo

In σ cū diphtongo i uel u finita quæ abijciunt σ

	τοῦ	αἰαντος		αἰαν	
	τοῦ	ἐκτορος		ἐκτορ	
ut	ὁ	παῖς	puer	ᾧ	παῖ
	ὁ	βους	bos		βου
	ὁ	μάστις	uates		μάστι

Notentur ᾧ πονεῖ ᾧ ἀνερ ᾧ πάτερ, ᾧ σῶπες ᾧ λάερ

Datiuus pluralis ab eodem casu singulari fit σ præposito ipsi, fi-
nali, ut ὠλ/ mari in datiuo singulari ὠλσι/ habet dādi casu pluraliter

Δ	τριάσι	trinitati	τριάσι
ν	πῶσι	aiaci	αἰάσι
τ	ῥέλωσι	risui	ῥέλωσι
θ	ὄρνιθι	auis	ὄρνιθι

Isto tamen haud quāquam obmisso q in huiusmodi formatione
datiui pluralis si penultima fuerit brevis, tunc adiectione u exten-
ditur, ut a λέγων/ non fit λέγουσι sed λέγουσι, Verum si alioqui sit lon-
ga penultima aut anceps nihil hac cautela opus,

Notentur quæ in ξ exeunt ut κήρυξ præco

κύνωψ cyclops

Illæ enim non assumunt σ quum alioqui eam in duplici contineant
Sed simplicitet, adiungunt nominatiuo, ut κήρυξι κύνωψι

DE CONTRACTIS declinationibus in genere.

A quinta simplici prædicta, quinque fiunt declinationes contra-
ctæ, Est autem contractio græce συναίρεσις, Duarum uocaliū qua-
rum cuiusque uis seruatur comprehensio, ut δημοσθένει δημοσθένει,
B iij

Est & aliud in hijs declinationibus frequens, κρᾶσις idest cōmīstio quę fit quando uocales uariantur ut λεμοσθένη pro δημοσθένης. Ha-
bet autē contractio dūtaxat locū in nominibus quę habent οσ pu-
rum in genitiuo singulari, id quod efficit uocalis quę οσ præcedit
ut pauloante præfati sumus,

Breues uocales uel ancipites ante longas literas uel cōsonātes in
longas suas contrahūtur, uidelicet ε in η, ο in ω, uerum ancipites in
illas contrahuntur quę se præcedunt.

Quę ab atticis deriuantur omnino fugiunt contractionem

In formando accusatiuo obtinet quod in quinta declinatione di-
ximus de in ισ & υς finitis ut ὁ ἡδύς suauis τὸν ἡδύ, ἡ ἡλύς limus
τὴν ἡλύ. Item quod de extendenda penultima in datiuo plurali di-
ctum est obseruari conuenit.

DE SEXTA Declinatione

Vocatiuus huius declinationis in composito nomine & graui-
sono fit similis nominatiuo, translato solum accentu in proximam
syllabam ut ὁ δημοσθένης ὦ δημοσθένης

Contractionum formula in Sexta declinatione

εο	εῖ	εα	εε	εοι	εωρ
ου	ει	ηει	ηει	οι	ωρ

In Septima

In Nona

In Decima

ιι	ιε	ια	οο	οα	αι
οῖ	ι	ι	ου	ω	α

DE HETEROCLITIS

Heteroclita quædā obseruata sunt quę suo more declinātur ut

Ζεύς	Iupiter	Διός
μέγας	magnus	μεγάλου
πολύς	multus	πολλοῦ
φρέαρ	puteus	φρέατος
ἥπαρ	epar	ἥπατος
δέλεαρ	esca	δέλεατος
ὑδωρ	aqua	ὑδατος

DE COMPARATIONE.

Adiectiua in οσ comparantur abiecto σ, & adiecto τέρος uoce
comparatiui, & τατος superlatiui, ut ἐνδοξος gloriosus, ἐνδοξότερος,
ἐνδοξότατος

In ης adiectiua comparantur formatione comparatiui & super-
latiui a neutro in ες, assumptione περος & τατος ut ἀληθής uerus ἀλη-
θές uerum ἀληθέστερος ἀληθέστατος

In υς uero comparationē haud dissimiliter formant a neutro in υ
ut βραχύς brevis βραχὺ breue βραχύτερος βραχυτάτος,

In alias terminationes exeunte positiuo fit cōparatiuus per ἕς πε-
ρος & superlatiuus per ἔστατος ut σώφρων modestus, σωφρονέστερος σω-
φρονέστατος.

Si positiua habēt ο breuē, comparatiua & superlatiua assument
longum ut φρόνιμος prudens φρονιμώτερος, φρονιμώτατος,

Sin lōgū habuerint natura uel positione sequētes gradus breuē
accipiunt, ueluti in ἐνδοξος uidere licet

QVAE ANOMALA SVNT comparatione,
Sequentia citra comparationis normam formantur

μέγας	magnus	μεῖζωρ	μέγιστος
καλός	honestus	καλλίωρ	κάλλιστος
ἀγαθός	bonus	ἀμενίωρ	ἀριστος
		βελτίωρ	βέλτιστος
		κρείττωρ	κράτατος
πολύς	multus	πλείωρ	πλεῖστος
		χερεῖωρ	poetice
κακός	malus	κακίωρ	κάκιστος
		χείρωρ	
μικρός	paruus	μείωρ	ἐλάχιστος
		ἥττωρ	
		ἐλάττωρ	
αἰχρὸς	turpis	αἰχίωρ	αἰχίστος
ἐχθρὸς	inimicus	ἐχθίωρ	ἐχθιστος
ῥάδιος	facilis	ῥάωρ	ῥάστος
φίλος	amicus	φίλπερος	φίλτατος
ἡδύς	suauis	ἡδίωρ	ἡδιστος

DE VERBO

Huius loco conueniunt typi maioris chartæ



DE FORMATIVIS literis coniugationū & futuri simul,
ac prateriti formatione

Quantū uerborum coniugationem nemo unquā citra sudorem aggressus sit, ob tam immensam rei copiam & uarietatem, Tamē (nisi me fallat opinio) nōnihil est quo consulere possumus memoria, si non parum multa in unū corpus congesserimus, & quo ordine sibi quæque cohereant fecerimus perspicuū, Nemo em̄ negat in discenda cosmographia, multo esse cōducibilius primo uniuer sum orbis ambitum sub oculos ponere, quā uicatim (ut ita dicam) promouendo, ex paludibus, planicie, cliuīs & conuallibus tantæ machinæ rationem colligere, Itaque primo typo, & quasi per trāsennam nostram, amice lector, omnes merces ipsas cōtempleris licebit, prominent enim ex ea omnes græcitatū coniugationes, simul cum formatiuis literis, præsēntis indicatiui, quod recte thema dicimus, Deinde etiā futuri & prateriti, Vnde facilius multo fuerit omnia formasse tēpora, quā apud latinos, uel sola primæ coniugationis praterita nosse atque supina, Ad thema redeo, Pulchro profecto ordine β quæ prima est ex consonantibus, formatiua dicitur primæ coniugationis, atque ei aliæ quædam adiunguntur quæ nō paruā cum illa habent cognationem, Veluti π quæ est eius tenuis φ quæ eius aspirata, de qua cognatione in uestibulo huius operis diximus, quando in literarum partitione uersabamur, Cæterum quando in contextu dictionum nonnūquā τ adglutinatur ipsi π, factum est ut π quarta sit huius coniugationis formatiua, Succedit deinde in consonantiū ordine ρ, Hæc cum illis literis quæ secū habent confinitatē secundam format coniugationem, Sic Δ tertiā ζ quartam, Immutabiles quintā, Nec plures inuenias consonantes quæ forment coniugationes, Formatiuam autē literam uoco illam quæ adheret ω, finali quemadmodū in λέω uerbo, ρ formatiua dicitur, quia ω adherens mox indicat uerbum secundæ esse coniugationis, Proxima est Sexta coniugatio quā formant uocales ω propius innixæ, ω purum uocant illud, propter præcedentē uocalem, quemadmodū ex ijs quæ in quinta declinatione disseruimus iam palā esse opinamur, Verum quoniā in uocaliū coagmentatione duæ nōnunquā in unā contrahuntur, atque in eandē syllabam necessario cadit accentus circūflexus, ex Sexta cōiugatione tres sūt

cicumflexe, atque uocalis quam in sexta habebat uerbum propere ostendit coniugationē, ut in ποιέω uerbo quod est sextæ cōiugationis, contractio sit trium syllabarum in duas sic ποιέω, ε autē uocalis quā habebat in sexta, indicat iam plane uerbū primæ circūflexorū esse coniugationis, De uerbis in mīpari coniectura utemur, nam τίθημι a τίθεω descendit sextæ, uel τίθεω primæ circūflexorū, ζεύγνυμι a ζεύγνυω sextæ deducitur solum, quoniam non sit formatiua alicuius coniugationis circūflexorum, De formatiuis coniugationibus diximus, nunc de futuri & prateriti lege pro uirili differamus. Primæ coniugationis formatiua non paruam habet confinitatē cum duplici ↓ perinde atque secundæ coniugationis cū sua duplici ξ, ideo assumunt easdē in futuro, Illud autē admonendū duximus, quod in formatione temporū abiicienda est illius temporis formatiua ex quo ueluti Protheus ad aliam formā migrare propositū sit, Quemadmodū a τίθημι transiture in futurū, τίθημι præsēntis formatiua abiicias necesse est, inde futurū fiet τίθημι, sic a λέω λέξω recte formaueris Proinde (quod ad prateritū pertinet) prima coniugatio & secundā aspiratas habent, formatiuis suis cognatas unde in proclui est formare praterita, ueluti ex τίθημι τέτυφα ex λέω λέλεχα, Aliæ autem omnes coniugationes præter quintā quæ est immutabiliū, de qua suo loco dicemus, σ accipiunt in futuro & κ in præterito, Siquidē σ sui cuiusdā est iuris & nullis necessitudini astrictū, recteque seruit illis formatiuis quibus nulla cum proprijs quibusdam intercedit cognatio, Properemus ad alia, Verba ipsa quæ incipiunt a consonante uti τίθημι præterito imperfecto assumunt ε, Id uocatur augmentū syllabicum, quod simul accipit indefinitū primū & secundum, denique & plusquamperfectū, ut a τίθημι ἐτιθημι, ἐτιθημι, ἐτιθημι, φειν, uerū attica pro ε accipiunt κ ut pro ἐβουλόμην uolebā dicunt ἔβουλόμην, Est & reduplicatio nōnihil incrementi quod adijcitur præterito, repetita cū ε, priore uerbi consonante, ut τίθημι τέτυφα, λέγω λέλεχα, Id quod præter augmentū præterito tribuitur plusquamperfecto, ut ἐπιτίθημι præter quædā quæ uitandæ asperitatis gratia cōtenta sunt augmento syllabico ueluti incipientia a

γρ	γνώσις	cognosco	ἐγνώρισκα
γρ	γρηγορέω	uigilo	ἐγρηγόρηκα
ρ	ἐξάπις	de palmo	ἐξάπηκα

3 ζω uiuo
 3 ξέω polio
 3 αάλω cano

Ab aspiratis incipientia in reduplicatione mutāt densas in tenues
 θεωζω contemplor
 φωνώ occido
 χωνεύω conflo

Α λ & μ incipientibus atticī suo more formant preterita, abiectione imutabilis primæ, assumpto dein ι, ut a λέληφα accepi, Attice λέληφα, Α μεμαρμαι fortitus sum, attice fit εημαρμαι, Quod quidē obtinet in uniuersum si a consonante ut diximus uerbū exordiat̃ Quo contra si a uocali incipit uerbū, simplex tantū augmentū accedit illis temporibus quæ iā cōmemorauimus, uidelicet mutatio ne eiusce uocalis si breuis sit in longā, quod augmentum recte dicitur temporale ut ακούω ηκούου ηκούκα ηκούσα ηκούκαη alioqui nihil est quod uariari debeat in uerbis a uocali longa inchoantibus, uidelicet ω uel η, aut immutabili ι, υ, Mutatur igitur ο in ω suam longam, ut ὀνομάζω nomino, ὠνόμαζοι, ὠνόμακα, ὠνομάκαη, ὠνόμασα, Proinde α in η, uertitur, ut ἄδω canto ἠδοι.

præter ἀκηδίζομαι defuesco ἀκηδίζομαι
 ἄω spiro ἄω
 αἶω audio αἶω
 ἀίθεσσω perficio αἰθεσσω

æque in η mutatur ut ἐλάυνω impello ἤλαυνον, præter quædā loco temporalis augmēti, post ε admittentia ut ex ε fiat ε diphtongus

ut ἐλκύνω traho ἐλκύνω
 ἔαω dimitto ἔαω
 ἔχω habeo ἔχω
 ἔπω dico εἶπω
 ἔλω capio εἶλω
 ἐστίω conuiuor εἰστίω
 ἐσθίω sto εἰσθήκω
 ἐρύω traho εἶρυω
 ἐργάζομαι operor εἰργάζομαι
 ἔω induo εἵμαι unde
 ἔθω consuesco εἰώθα
 ἔρπω serpo εἶρπω

ἐθίζω consuesco ἐθίζω
 ἔλκω traho εἶλκω
 ἐρπύζω serpo εἶρπυζω
 ἔπομαι sequor εἵπομαι

Notentur præterita attica quæ a cōmunibus huiuscemodi præteritis fiunt, prepositis duabus principalibus uerbiliteris, & correpta tertia si præteritū quatuor constet syllabis, ut ab ἤληφα cōmunī præterito quod deducitur ab ἀλείφω ungo, attice fit ἀλεῖληφα, Est quando atticī solū syllabicum præponunt augmentū cōmunī præterito imperfecto & perfecto ut ὦρων uidebam ὦρακα cōmuniter, ἑώρων ἑώρακα attice, Et hæc quidem simpliciter accipienda sunt quæ de uocali tradidimus unde thema incipit, si non coheret ei alia uocalis unde fiat diphtongus, Nam tunc alia quædam augmēti ratio obseruanda est, Nosse enim oportet q̃

Tres sunt diphtōgi
 immutabiles
 εἰ
 ου
 tres mutabiles
 αι
 αυ
 οι

Mutantur autem uocales in diphtongis, eo ferme modo quo iam dictū est, α in η ut αὐλιζω stabulor in præterito imperfecto ἠύλιζοι, & ι si adsit, puncto subscripto adnotatur ut αἶρω eleiro sic augeatur in præterito imperfecto, α mutatur in η & ι, quod adest puncto subscribitur, ut fiat diphtongus impropria, sic ἥρω, Eadē lege mutatur οι, uerso ο in ω, & subscripto ι, ut οἰκτείρω misereor, in præterito imperfecto ὤκπειρω, demptis quibusdam uerbis in quibus nihil prorsus mutatur

οἶωμαι solus sum οἶστω concito
 οἶμω ploro οἶωνίζομαι auguror
 οἶνω inebrior οἶωνοσκοπώ auguror
 οἶνίζω uinum emo οἶανίζω temonem rego
 οἶακοσποφώ temonem uerto οἶδάνω tumeo
 οἶκουζώ domilateo

At uero quæcūq̃ de augmentis & reduplicatione recensuimus, in indicatiuo dumtaxat locum habent, Nam in alijs modis, & item participijs, præter præteritum perfectum, nullum omnino tempus hīs legibus constringitur,

DE COGNATIONE Temporum

Ingressurus iam mecū coniugationū labyrinthum duplicatum filum capiat necesse est quo se rursus ex tantis ambagibus possit eximere, Ea est gemina cōfinitas & similitudo quarū una in e qua liter cadētibus temporibus, nostro labore coactis palam apparet, ut uidere est in πύπω & suo futuro πύφω, In ptō impfecto ἐτυπῶν & indefinito secūdo ἐτυποῖ et alijs ibi ueluti ad suas quasq; mustri- culas aptatis, Altera attenditur in hijs quæ eandē accipiunt literā, Prior satis perspicua est ex precedēti typo, Ad alterā me uerto eti- am si ibi quoq; non admodū negligēter sit indicata, Iam uero quis non uidet q̄ sit expeditum omnia tempora ad tres literas reduce- re quarū prima thematis sit & coniugationis formatiua, Veluti in πύπω πῖ, secunda futuri uidelicet φ, & tertia preteriti φ, Qua in re istud aduertendum, q̄ quædā tempora omnino breuitatē exigūt penultimē, Igitur & si a themate formentur & eius formatiua assu- mant, in hoc tamen sibi prospiciunt ne propter duplicē consonan- tem thematis sibi usurpatam, positione penultima producat, Id ferme fit abiectiōe secundæ literę, Verbi gratia secundū futurū, formatiua habet thematis, Sed quoniam illa est duplex abiicitur secunda & seruiatur prima, ut πύπω τυπῶ, Sed ais in simplicibus er- go formatiuis quo pacto poterit futurū dignosci a themate, cum eisdem ambo scribantur literis, Quæstionē hanc plane dirimit ac- centus, sic em scribimus in præsentī λέω λέγεις λέγει, Porro in futu- ro λεῖω λεγῆς λεγῇ

Formula cognationis temporum

πῖ	φ		
τύπω	τύφω	τέτυφα	
ἐτύπῶν	ἐτυφῶ	ἐπετύφην	
τυπῶ	Notentur mediā præterita ea sunt quæ ean-		
ἐτυποῖ	dem ferme habent significationē quā apud		
τέτυπα	nos uerba cōmunia, Notentur inquā quæ		
ἐπετύπει	a uerbis in 3 ^o fiunt, quorū futurum ξω facit		
nam illa accipiunt r ut a κράζω clamor κράξω uenit præteritum me-			
diū κέκραγα, At qui futuro habente σ medium præteritū δ sibi usur-			
pat ut a φράζω dico φράσω, πέφραδα deducitur, Illud quoq; obiter			
cōmemorādū q̄ si futurū dissyllabon per e effertur aut a, pteritū			

medium suscipit o, ueluti a λέω λέξω fit λέλογα a πείθω suadeo πείσω fit πείποιθα, Diphthongus proinde αι thematis, eo modo mutat quo in augmentis temporalibus fieri assolet, Siquidem a φαίνω luceo, præteritum mediū ἐφηνον, Cæterū quando tyrones græcitatē do- cendo accepimus, non grauabimur sicut & alia non parum mul- ta, ita & hoc inculcare quod sētimus de indefinitis, Nempe q̄ illa apud græcos scriptores plerunq; in mō indicandi pro pterito usur- pantur, in alijs nunc futurum significant tempus, nuuc aliud, id quod & nomen ipsum plane indicat indefiniti, nulla enim in eo certa & finita temporis nota deprehenditur.

DE CONIVGATIONIBVS speciatim

Prima & Secunda coniugatio in dissyllabis secundū atticos for- mando præteritum uertunt e in o ut κλέπῶ furor, præterito cōmu- ni κέκλεφα, attice κέκλοφα, Passiuū autē præteritum in hijs cōiuga- tionibus fit a pterito actiuo α in μαι mutato & conuersione aspi- ratē in suam mediā, uerū β non recte præcedit μ, ideo uertitur in μ ut λέλεγμαι quidem dicimus, non autē τέτυβμαι sed τέτυμμαι.

Quarta coniugatio quodāmodo permixta est secundæ, Sunt em ex hoc ordine quæ ex themate in 3^o futurū faciunt in ξω unde præ- teritū fit in χα prius ad normā secundę coniugationis, Qualia sūt χεῖλαισικὰ idest cōmiseratiua ut τρυῖω gemo futuro τρυῖξω, διμῶζω ploro αἰάξω lametor σπενῶζω suspiro ὀλολῶζω ululo, hijs adde κράζω clamo σφάζω iugulo σπίζω pungo σπρίζω firmo, ἀλαπάζω populor

Item quæ in ωω faciunt thema plerunq; ξω accipiunt in futuro, ut ὀρύσσω sodio futuro ὀρύξω, sic πρᾶσσω ago παλίσσω percutio, Preter- itum ἰμάσσω loris cædo futro ἰμάσσω, ἰνάσσω robur ministro παλάσσω fingo, πᾶσσω spargo λείσσω uideo ἐρέσσω remigo

Illud quoq; admoneo quāq; minutulū uideat, q̄ quæcūq; ex hac cōiugatione cōmuniter per σσ efferuntur, illa attici per ττ profer- runt ut πρᾶσσω, attice πρᾶτῶ.

Quinta coniugatio imutabiliū sola in futuro seruat consonantē thematis, circumflectit extremā & corripit penultimā, Vnde futu- rū ex geminis unā abiicit, sicut ex diphthongo ι, ne longa sit penul- tima, ut φάλλω futuro habet φάλλῶ, παίρω semino facit σπείρω

Præterita in hac coniugatione a uerbis dissyllabis quorū futurū habet e, mutat e ipsum in α ut παίρω, σπείρω ἐπαρεκα Themata quo

Sexta coniugatio habet ω purum, Vnde aliæ septē sequentes formantur, de quorum contractionibus atq; eorum formulis cōmodius Chrysoloram nostrum consulueris

Hæc sunt ferme qualia Manuel Chrysoloras ad facilitatem in fle
tendis uerbis suppeditandâ arbitratus est conducere
quoniam nouissime receptus est a græcis, a plu

Item quoties tertia pluraliū habet, secunda persona dicitur
 tertia unica uoce efferuntur atq; equisonant
 Indicativo modo dumtaxat est reperire preterita imperfecta

& plufq̃ perfecta, non fic in alijs
In fexta cōiugatione ficut & in circūflexis q̃ inde traducũ raro
inuenias media p̃terita & plufq̃ p̃fecta, fecũda indefinita & futura

In subiunctiuo actiuo & semper deprehendes in secunda & tertia persona, sic in passiuo penultima, At qui prima & finitur, quod quidem in passiuo penultima facit.

impropiam ut	ἰμπερίαν	uiuere
Præter	πρὸς	bibere
	διὰ	sitire
	διὰ	meiere

DE PRONOMINE

PRONOMINA τὰς ὁμοειδῶν
ἐγώ ego ἐμοῦ ἐμοί ἐμέ νῷ νῶρ ἡμῖς ἡμῶν ἡμῖν ἡμᾶς
Primitiva tria σύ tu σοὺ σοί σε σφῶϊ σφῶϊν ὑμεῖς ὑμῶν ὑμῖν ὑμᾶς
οὗ οὐοῦ οὐοί οὐε σφῶι σφῶιν σφῶες σφῶων σφῶισι σφῶας

ὁ ἐμός meus ἡ ἐμή mea ἐμὸν meum
 ὁ σός tuus ἡ σή τὸ σόν
 ὁ ἐός tuus ἡ ἐή τὸ ἐόν

ὁ νοῦτερος **noſter** ρα, ρου
 ὁ ἡμέτερος
 ὁ σφωῖτερος **ueſter** ρα, ρου
 ὁ ὑμετέρος
 ὁ σφέτερος

ἐκείνος ille οὗ ἐκεῖνη ἐκείνη

Relativum sine lubiunctivis, unum ad 105
Composita εμαντοῦ μέγῃς
tria sine genitivo σαυτοῦ τῇς
nominatio ἐαυτοῦ σῆς

ἐν in, datiuo iungitur

⁂ in, accusatiuo

ex genituo

σύν cum, datiuo

πρός ad, accusatiuo

πρό ante, genitiuo

ἀνὰ per accusatiuo iungitur

ἀνά per accusatiuo iungitur
κατά genitiuo iuncta, in ex, aduersus significat, Ac
cusiatiuo per, contra, secundum

μετά genitiuo iuncta, cū, accusatiuo, post

μελῶ genitio iuncta, et, accusative, et
καρὰ datio iuncta, apud gr̃o, ab, accu. præter

ἀντί, pro, contra, genitiuo iungitur
 ἑνί, gen. & datiuo, iuncta in, accusa,

^{ἐπὶ} geni. & dativo, iuncta illi, accusa. circu
Διὰ per, propter ^ᾧ geni. iuncta, de, accusa. circu

ἀμφὶ circum genitiuo ἀπό ab, gtō
ἐν ἐν gtō iuncta. ab cum, dtō & accu. f

ὑπὸ gtō, iuncta, ab cum, dñō & accu. sup
ὑπέρ geni. iuncta, pro, accu. super, supra u

C iii

C iij

DE ADVERBIO
ADVERBIORVM quædam significatiua sunt

Temporis ut	νῦν nunc	τότε tunc	
	ποτε aliquando	ἤδη iam	
	ἄρτι nuper	ἀντίκα statim	
	παράχρημα statim	ἀνθις rursus	
	ἐξαίφνης repente	τέως interea	
	ἄλλ' iterum	ἕως donec	
	ἡνίκα quando	ἔπειτα postea	
	ἐπεὶ postq̄	σήμερον hodie	
	ἄυριον cras	μεθαύριον perendie	
	χθες heri	πρόχθες nudius tertius	
Loci ut	πάλαι diu olim	ἀστὶς modo	
	εὐθὺς statim	πρῶτ' mane	
	ἐσπέρας uesperī	ἐφ' ὅσον dum	
	ἀεὶ semper	ὅφρα donec	
	ἐνταῦθα hic	τόφρα interea	
	ἐῖσω intus	ἐκεῖ illic	
	ποῦ quo	ἐξω foris	
	ἐνθεν inde	ὅθεν unde	
	ὑψὺ supra	Δεῦρο huc	
	ἐγγύς prope	κάτω infra	
Qualitatis ut	ποῦ ubi	ποῦρω procul	
	εὖ bene	καλῶς bene	
	σοφῶς sapienter	Sic & ab alijs adiectiuīs parimodo formantur & dicūtur medietatis aduerbia, propter genitiuum pluralem unde formantur	
	ἅπασι simul	Δίς bis	
	τρίς ter	τετράκις quater	
	πολλάκις sæpe	ὀλιγάκις raro	
	Adhortandi ut	εἰα eia	
		ἄγε age	
		εὐγε euge	
		φέρε age	

Vocandi ut
Ordinis ut

Similitudinis ut

Intensionis ut

Remissionis ut

Confirmandi ut

Negandi ut

Demonstrandi ut

Optandi ut

ἐξῆς deinceps	ἐφεξῆς deinde
ὥς tanq̄	ὥσπερ quæadmodum
ὁυτος sic	
λίαν ualde	
ἄγαν multum	
πάντη prorsus	
παντελῶς penitus	
πανταπάσι omnino	
πάνυ nimium	
σφόδρα uehementer	
μάλιστα maxime	
μόγις μόλυσ uix	
καταμικρόν paulatim	
βιάδω passim	
βραδέως tarde	
ὥσει fere	
δικλαδῆ profecto	
δήπουθεν nempe	
ὄντως uere	
ἤ reuera	
οὐ non	
οὐχι non	
οὐκουν nec	
οὐδαμῶς nequaq̄	
ἥμισυ minime	
οὐτε nec	
οὐδέ neq̄	
ἰδοὺ ecce	
ἤνι en	
ᾧδε huc	
εἴθε utinam	
ὥφελον	

DE CONIVNCTIONE

Coniunctionum quædam sunt co pulative ut	μὲν	quidem	
	δὲ	autem	
	τέ	q̃	
	καὶ	&	
	ἀλλὰ	sed	
Disiunctive ut	ἢ	uel	
	ἢτοι	siue	
	ἢε	siue	
	εἰ	Si	
	εἴπερ	Siquidem	
Continuative ut	εἰδὼ		
	εἰδὴπερ		
	εἰδὴπερ		
	ἵνα	ut	
	ὅπως	ut	
Causales	ὅφρα	ut	
	γὰρ	enim	
	ὅτι	q̃	
	διότι	quia	
	καθότι	quoniam	
Collectivæ siue rationales	ὅννεκα	quia	
	ἄρα	ergo	
	ἀλλὰ	sed	
	οὖν	igitur	
	τοίνυν	igitur	
Completive ut	τοιγάρτοι	itaq̃	
	τοιγαροῦν	ergo	
	λὴ	iam	ποῦ
	ἔα	nempe	περ
	θὴν	quidem	μήν
	ὦ	certe	ἀλλά
			γέ

Extenuatiuæ ut	γούμ	saltem	γέ	saltem
	ὅμως	tamen		
	καίτοι	& si		
Aduersatiuæ ut	καίπερ	quant̃		
	ἐμπης	tamen		
	εἰ καὶ	& si		

Ad Lectorem

HAec sunt amice lector in eum (quem uides) ordinē pau
cissimis sane diebus a nobis congesta, quo memoriam
saltem studiosorum iuuaremus, cui nil tam tenaciter in
figitur, q̃ quod natūa quadam serie in unū corpus est
compactum, Neque est quod mihi impudenter ex hoc libello au
sim asserere, præter breuem laborem (si modo labor est gratificari
studiosis) Siquidem uniuersa ferme quæ hic offendis ab alijs sunt
tractata, licet diffusius, Nos alio properantes breuitati studuimus
Tuum autem fuerit hoc qualecunque est muneris æqui bonique
consulere, Simulq̃ id estimare quod res est ξενίῳ δὲ π θυμὸς ἀγία
ς, Vale

Excusum Argentorati typis solertis uiri Ioannis
Knoblouch. Anno a salute christiana
M. D. XVII. III. Kalend. aprilis.

